

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio m cum uariis

Sic polleat episcopus sapiencia ut non solum sibi creditum populum sufficienter doceat, uerum eciam cunctarum heresum queat contradictiones a catholica repellere ecclesia ne sua impericia imperitos minime doceat, et huiusmodi casu preuento eueniat illi quod scriptum est: Si cecus ceco ducatum prebet, ambo in foueam cadunt. Qui uero talem se, ut diximus, esse ignorat, sacerdocium minime appetat, nec locum alterius usurpare presumat, presertim illius qui fulgore sue sapiencie populorum potest corda lustrare.

Ambrosius ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

sibi creditum populum] populum sibi creditum C; heresum] heresim C M; queat contradictiones] querat conditiones P V¹ V² L¹ L²; contradictiones] condiciones (*cor. supra lin.*) M; huiusmodi] huius B C; cecus] secus C; esse *om.* B; lustrare] illustrare C V² L¹ L²; Ambrosius *om.* L¹ L²